

LECTIONES PVBLICAS  
ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE ÆSTIVVM  
IN ACADEMIA LVDOVICIANA

DEO DVCE ET AVSPICE HABENDAS

RECTOR

IO. FRIDERICVS

WAHL,

PROFESS. IVR. ORDIN. ET ACAD. SYNDICVS

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT ET AD EAS SEDVLO AVDIEN-  
DAS GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIVM FACVL-  
TATVM STUDIOSES PERAMANTER INVITAT

D. APRIL. ANNO MDCCXXXV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

---

G I E S S A E,

Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr.

*In Facultate Theologica.*

**D. IO. IACOBVS RAMBACH,**

*S. S. Prof. primarius, nec non Superintendens primus,  
& Senatus ecclesiastici Assessor.*

**P**ublice hor. XI. duabus horis in tractandis *controuersis*, quae nobis *cum Romana ecclesia* intercedunt, sedulo perget, ac duabus aliis horis epistolas Pauli ad *Timotheum*, succincta exégesi illustratas, ad vsum Studiosorum Theologiae transferet; ad audiendas etiam censendasque conciones in auditorio privato paratus. *Privatim* hor. IX. lectiones *theticas*, in ven. D. LANGII *oeconomiam salutis*, nūper iam promissas, nunc demum inchoabit, operam daturus, ut non solum genuini rerum sacrarum conceptus ad ductum verbi diuini formentur, sed etiam singulorum dogmatum nexus cum praxi vitae christianae ostendatur.

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*S. Theol. P. P. Ord. Consist. eccles. Assessor. & Districtus  
Marburgo-Darmstadini Superintendens.*

**P**ublice in disputationibus, quas ob Rectoratus acad. munus continuare vix potuit; iam perget. *Privatim* hor. VIII, theologiam *theticam* ad B. BAIERI & RVDRAVFFII ductum ex nonnullorum desiderio resumet, nec ea omittet, quae B. BVDDEVS & alii viri docti ob recentiores *controuersias* subinde monent. De caetero ad praeccepta *exegetico-practica*, breuissime huc vsque exposita, concionibus recitandis & censendis ex statutorum acad. tenore ipse sedulus intererit.

**REINH. HENR. ROLLIUS, D.**

*Prof. Publ. Ord. Senatus Ecclesiastici Assessor & Districtus  
Alsfeldiensis Superintendens.*

**P**ostquam praeterlapso semestri in *Lectioibus publicis* Historiam ecclesiasticam ad finem seculi XV. produxisset, animus quidem erat  
ad

ad reliqua duo accedere secula , sed , cum tempus residuum , rebus illorum enarrandis , ob dicendorum copiam , non sufficeret , in præsens semestre æstivum tractationem illam differre visum est , horis interim , quæ per aliquot hebdomadas reliquæ tum erant , disputationibus in Theologiam Rudrauffianam impensis. Hoc itaque semestri *historiam seculi XVI. & XVII.* Theologiæ Studiofis cognitu cum primis necessariam , hora X. aggredietur , certis , iisque notabilioribus , periodis , ut memoriæ ubique consulatur , ea , quæ proponenda sunt , distincturus. Præmittentur singulis *prolegomena* quædam , de subsidiis , ad curatius cognoscendam hanc historiam necessariis , expositura. *Privatim* hora VII. matutina in *Augustanam Confessionem ejusque Apologiam* commentabitur , non ea solum , quæ ad utriusque historiam pertinent , traditurus , sed & analysin singulorum articulorum , æquæ ac exegetin , qua ea speciatim , quæ obscuriora visa sunt , enodabuntur , suppeditaturus. Præmittentur & hic *preliminaria* quædam , de libris Ecclesiæ nostræ symbolicis , veraque eorundem æstimatione. *Disputationes* quoque *Rudrauffianas* , diebus Mercurii & Saturni , horis consuetis continuabit , nec illis sua defuturus manuuctione , qui publice disputando vires suas periclitari secum constituent.

## D. JO. CONRADVS ARNOLDI,

*S. Theol. Prof. Ord. & a Biblioth. Academ.*

**Q**Uam superiori semestri hiberno , in Lectionibus publicis *hora II. pomerid.* incepit Synopticam *Theologiæ Judaicæ modernæ* expositionem , eam , juvante Deo , porro persequetur. *Privatis* Lectionibus *hora X. matut.* destinavit *Institutiones Theologiæ dogmaticæ Thetico - Morales & Polemicas* , secundum ductum Autoris probat , pro lubitu. *Dun.* Auditorum seligendi , quibus in Articulis fidei , inter Nos & Romano - Catholicos controversis , addet *Consultationem GEORGII CASSANDRI , de Augustana Confessione* , examinandam. Suppeditabit etiam disputationum privato - publicarum argumenta iis , qui in disputandi exercitio suam experiri velint dexteritatem.

*In Facultate Juridica.*

**D. IO. FRIDER. KAYSER,**

*Jur. Prof. P. Ord. & Primarius, nec non rerum Oeconomica-  
rum in hac Alma Ludoviciana Inspector.*

**P**er instans tempus semestre aestivum Collegium *Jurispublici*, ad du-  
ctum CASP. HENR. HORNII, Antecessoris quondam Wic-  
tenbergensis gravissimi, auspicabitur; nec non Collegium no-  
vum Pandectarum aperiet, & in reliquis quoque legitimæ scientiæ  
partibus operam industriamque suam, pro desiderio D. D. Com-  
militonum libenter impendet.

**D. JOH. FRIED. WAHL,**

*Prof. Publ. Ordin.*

**P**ublice Institutiones D. Justiniani, si officii ratio id permiserit,  
explanabit; Privatas & privatissimas lectiones D. V. ad finem  
perducat.

**D. IOANN. GEORG. ESTOR,**

*Consiliar. Hass. & Prof. Jur. Ord.*

**I**n publicis Scholis, prout majori parti Dominorum Auditorum  
visum fuerit, aut iuris publici prudentiam, ad praxin adcommo-  
datam, aut ius Germanicum BEYERI, sub auspiciis divinis, do-  
cebit, & hoc semestri ad finem perducat. Quod reliquum est, in ce-  
teris lectionibus, pandectisque V. C. HEINECCII exponendis, stre-  
nue perget.

**JOH. HARTMUTH RAYS,**

*Jur. Utr. L. Prof. Extraord. & Facult. Jurid. Assessor.*

**P**ublice *Jurisprudentiam* STRUVII forensis præleget; Privatas ve-  
ro Lectiones ad Institutiones Justinianas auspicabitur, quibuscum  
Pandectarum Collegium ad Comp. Jur. Lauterb. conjunget, simul-  
que solidioris Juris scientiæ cupidis Historiam Juris Autore celeberr.  
BRUNQUELLO interpretabitur, in eorum quoque gratiam, qui suo-  
rum in jure profectuum periculum facturi sunt, Exercitia disputatoria,  
singulis hebdomadibus habenda, instituet.

ERN.

# ERN. CHRISTOPH. ARNOLDI

*Jur. Licent. & Prof. P. Extraord. Facult. Jurid. Assessor.*

**P**ublicis Lectionibus consecravit STRYCKII *Examen Juris feudalis* exponendum. Privatas porro continuabit in Collegiis ad STRUBACHII *Compendium Juris*, hucusque institutis, quæ ut propediem ad finem perducantur, horas solitas duplicabit, & novum ad *Institutiones Juris collegium* inchoabit. Si quoque rerum præsentium publicarum conditio, nonnullos Dnn. Commilitonum excitabit, ad *acquirendam Statuum Europæorum notitiam*; his studium & officium suum offert, Imperatoris Regumque, hodie mutuis bellis occupatorum, in varias Provincias & regna prætensiones ac Jura, ex *Geographia ven. Parentis Historico-Politica*, indice digito demonstraturus.

*In Facultate Medica.*

## D. JO. CASIMIR. HERTIUS,

*Botanic. Anatom. ac Chirurg. P. P. Ord.*

**P**ublice, prout temporis ac muneris sui ratio postulat, ad herbariæ rei delicias redibit idque ager, ut characteres plantarum denuo exponat ac officinalium simul vires breviter explanet: Privatim vero non minus in aliis sive anatomicis sive chirurgicis Nobiliss. Dnn. Commilitonum desiderio satisfacere conabitur.

## D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

*Prof. Publ. Ordin.*

**A**bsoluto *cursu Medicina generali*, *Praxin specialem* futuro semestri exponet; nec ulla in parte Artis salutaris opellam suam desiderari patietur, si idonei ac solertiores Auditores accesserint.

## LVD. HENR. LEO HILCHEN,

*Med. D. & Prof. Publ. Ord.*

**P**ublice Institutiones, ad ductum Medicinæ Theoretico-Practicæ CL. STENTZELII, docebit. Privatim in collegio practico sedulo perget: nec iis defuturus, qui vel Physiologiam, vel Medicinam forensis, vel uniuersum etiam artis salutaris cursum exponi sibi desideraverint.

D. GERH.

( 16 )

---

# D. GERARDUS TABOR,

*Prof. Publ. Ordin.*

**P**ublice Praxin Medicam specialem explicabit : *Privatim* vero iis, qui in Operationibus Chymico - Pharmaceuticis se exercere desiderant, omnem opem ac manuactionem suppeditabit.

---

*In Facultate Philosophica.*

# D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

*Prof. Publ. Ord. & Acad. Senior.*

**S**vam in Mathematicis industriam ac studium, hucusque præstitum, Dn. Commilitonibus ulterius promittit.

# IO. MELCHIOR VERDRIES, D.

*Phil. Nat. Prof. Publ. Ordin.*

**Q**uæ in Parte speciali scientiæ Physicæ adhuc restant Deo volente absolvet, & simul cursum Phil. Nat. ab integro exordietur ; nec deerit si, quacunque in parte, commoda Generos. & Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum, ex eorum voto, promovere poterit.

# CHRIST. FRID. AYRMANNVS

*Histor. Prof. Publ. Ord.*

**P**ublice Collegium pollicetur Historico - Genealogico - Heraldicum, quale nunquam ante. Privatim quoque multa utilia in quocunque eruditionis politioris genere dicturus & scripturus, accedentibus in dies maioribus doctrinae adiumentis, dummodo afflictissima rursus valetudo in integrum tandem aliquando queat restitui. Quod si vero Deo opt. max. aliter visum fuerit, post fata saltem nonnullos inueniet, qui conatus, quos viuis, ob expositas alibi rationes, omnibus adhuc probare satis haud potuit, testabuntur publice & dilaudabunt, opprobrio certe hominis ignavi, ventosi & nugiuenduli ipsum præstabunt liberum.

# JAC. FRID. MULLER, P. P. O.

**P**ublice 1) docebit Logicam secundum suam Doctrinam de regulis cogitandi, quæ propediem lucem publicam aspiciet, eique lectioni destinata est hora pomeridiana III, 2) Hora IV, exponet Jus Nat. duce

duce Pufendorffio in Tractatu de Off. H. & C. Si qui Domini Commi-  
litones privatam quoque institutionem desideraverint, in iis, quibus  
docendis sufficit, non deerit.

## IO. LVDOVICVS ALEFELD,

*Poës. Prof. Ordin.*

EX elegantissimo *Boëthii* de consolatione philosophiae libello me-  
tra, bonae frugis plenissima, lectionibus publicis illustrabit; pri-  
vatis praeter *historiam philosophicam* selectiora quaedam *mythologiae* ca-  
pita fusius curatiusque pertractanda sibi sumet: nec in ceteris, quae  
muneris sui ratio postulat, officio suo unquam deerit.

## ERNEST. FRID. NEUBAVER,

*antiquitatum; litteraturae graecae & orientis linguarum*

*Prof. Publ. Ord.*

IN enarratione *antiquitatum ebraicarum publica*, ad cel. IKENII du-  
ctum *inscripta*, strenue perget, materiam de *sacrificiis*, vbi nuper  
substiterat, incepturus. Quam vero paucorum, & non nisi in  
litteratura ebraica iam versatorum, res sit, abdita haec scrutari: vnam  
alteramue per hebdomadem horam epistolae cuidam minori, v. c. ad  
*Ticum* datae, aut alii, ex graeco fonte adcurate & ex instituto expo-  
nendae, impendet. *Privatim* ad dulcissimos scripturae fontes suos de-  
ducet. Et vti integrum *pentateuchum* cursoria lectione praeterito se-  
mestri feliciter absoluit: ita futuro *historicos vet. testamenti* libros, quos  
*prophetas priores* ebraei vocant, *Iosuaam*, *Iudicum*, *Samuelis* & *Regum*  
libros, immo, si fieri possit, *Ruthae* & *Chronicorum*, adpersis vbique  
utilissimis observationibus, pertractabit, sex per hebdomadem horis  
huic instituto porro consecratis. Quumque hisce collegiis nihil facile  
sit utilius, nihil praestantius: *nouum test.* simili quidem ratione, sed  
tamen paullo vberius, illustrare animus est: ita vt semestri *aestivo hi-*  
*stóricos*, *hiemali* vero reliquos libros *dogmaticos*, explicandos sibi su-  
mat. Porro quibus volupe est profanos Graeciae auctores peruolu-  
re, APOLLODORI *bibliothecam de diis* (& ob Atticam dictionem,  
& ob *mythologiam*, non contemnendum librum) praeleget; ope-  
ram nauaturus, vt noui foederis stilo lucem inde accendat. Denique  
*disputaturis*, siue ipsi materias elaborare, siue a se elaboratas defen-  
dere velint, suam semper operam defert ac pollicetur. CHR.

# CHRIST. LVD. GERSTEN,

*Mathes. Prof. Ord & R. S. Lond. S.*

**P**ublice D. V. Matheseos micæ cursum nunc ad finem per ducet, & tres septimanæ lectiones, Architecturæ militar. & civil. reliquas, Chronologiæ Gnomonicæ & Trigonometriæ sphericæ tribuet. Privatim & privatissime ad quævis commoda honoratiss. Dn. Commilitonum in mathematicis promovenda sese paratissimum exhibebit.

# IO. HERMANNVS BENNER,

*Eloq. P. O. & Paedagogiarcha.*

**P**ublice de conscribendis epistolis præcipiet. Horas pro more partietur, vt prælegendis scriptoribus optimis, facultas dicendi nutriatur. Singulis SATVRNI diebus, hora decima, pariter, sicut hucusque, gratis docebit. Privatim in omni genere dicendi, quoad potest ac licet, suam operam pollicetur.

# CHRISTOPH. LVD. RVDIGER

*extraord Prof. Phil. Desint. ac V. D M. ciuicus.*

**I**ngens vno cursu denuò Philosophiæ omnis emensurus stadium, initium operæ ab Historia philosophica, nec non arte recte riteque ratiocinandi, strenue ducet.

# CHRIST. GODEL. KOENIGIUS

*P. L. Caes. & Acad.*

**P**ost demandatum sibi a *Serenissimo* extraordinarium docendi munus, ad euitandum, tantas inter tot philosophantium, patriæ præsertim nostræ, disceptationes, omne partium studium, Philosophos sibi externos sumit explicandos. Ita igitur exquisitissimam eruendo doctrinam moralem ex Reuerendiss. Archiepiscopi *Fenelonis Telemacho* Gallice scripto perget; eoque finito etiam D. v. *Ramsaii* Equitis Angli *Itinera Cyri* Philosophica interpretabitur. Publicarum Lectionum loco *eruditæ abusus curiositatis*, quos breuiter in oratione sua inaugurali attigit, vberius demonstrabit.

**H**abebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Ciues* commodissimam occasionem, in arte equestri, in ludo palæstræ, in arte commode & perito saltandi, nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum, & linguarum Magistròs, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi partamque habilitatem perficiendi.